

[DAI REGISTRI DEI LIBRI GRATIARUM].

295.

1299, *Agosto* 8.*Permesso al Bailo M. Signiolo di portar legna in Ayazzo.*

Pro facere gratiam Nobili Marino Signolo conducendi Aiadium tantum lignamen sine datio, quod constet libras quatuor grossorum pro suis laborerijis faciendo venire litteras Bayli, quod illud lignamen consumaverit in suis laborerijis proprijs.

296,

1299, *Settembre* 1.*Dono di 500 bisanzy saraceni al sopradetto Bailo.*

Pro facienda gratia Nobili viro Marino Signolo de Bisantijs saracenatis quingentis pro expensis per eum factis in servitio nostri Communis in Ermenia, tam pro eis, quam pro lobia, quam pro domo, quam pro Privilegio regali, quam pro vestimentis factis ad Regem, occasione derobationum factarum in Nostros, quam etiam pro Bastonerio, et alijs expensis.

297.

1300, *Ottobre* 12.*Rinunzia di Paolo Quirino da bailato.*

Pro facienda gratia Nobili Viro Paulo Quirino Baiulo Armeniæ, quod ipse sit absolutus a dicto Baiulatu, et possit inde secedere a die primo Martij in antea quandocunque voluerit.